




# IVLII

Secundi Pontificis  
Dax. decretū  
sāctissimū: ī Quin-  
ta Sessione Sacri  
Cōcilii Lateranēsi.  
de Creatione sūmi  
Pont. approbatū.



# IVLII

Secundi Pontificis  
Dax. decretū  
sāctissimū: i Quinta  
Sessione Sacri  
Cōcilii Lateraneñ.  
de Creatione sūmi  
Pont. approbatū.

**IULIVS** Episcopus Seruus ser-  
uorum dei/ Ad perpetuam rei memoriam/ Sacro ap-  
probante Concilio. ¶ Si summus rerum Opifex/ter-  
rarum celiq; sator sua ineffabili prouidentia Roma-  
num Pontificem in Cathedra preeminentie Pastora-  
lis Christiano generi preesse uoluit: ut Sanctam Ro-  
manam uniuersalem Ecclesiam sinceris corde/ & ope-  
re gubernaret: Fideliumq; omniū profectibus sollici-  
tis studiis intenderet: decens & salutare reputamus:  
ut in electione prefati Pontificis: in quem/ut purita-  
tis & candoris speculū Fideles ipsi intuentur/ omnis  
labes/omnisq; illius suspitio absit: Talesq; ad tanti fa-  
stigiū gradum assumantur: qui rite/ & recte/ & cano-  
nice ingressi/ modo & ordine conuenientibus/ Naui-  
cule Petri gubernacula sustineant: Talesq; existāt in  
tanto dignitatis culmine constituti: qui bonis & re-  
ctis solatio/ malis autem formidini sint: & eorū exem-  
plo ceteri Fideles ad bene operandū instruantur: ac  
ad uiam salutis dirigantur: & ea / que propterea per  
nos statuta & ordinata fuerunt / pro rei magnitudi-  
ne & grauitate per Sacrum generale Concilium ap-  
probentur & innouentur: & approbata & innouata  
communiantur: ut eo firmiter perdurent/ & tenacius  
obseruentur/ & aduersus diaboli multiplices insidias  
defendantur: quo fuerint dicta Authoritate sepius  
circumfulcta. ¶ Dudum siquidem a nobis/ magnis  
& urgentibus causis/ magnaq; & matura discussione

& deliberatione cum doctissimis & grauissimis uiris  
etiam Sancte Romane Ecclesie Cardinalibus prece-  
dentibus & prehabitis emanarunt littere tenoris sub  
sequentis. ¶ CIVLIVS Episcopus seruus ser-  
uorum dei/ Ad perpetuam rei memoriam. Cum tam  
diuino q̄ humano iure in Spiritualibus precipue de  
restabiliter Simonie sit labes prohibita: & longe ma-  
gis in electione Romani Pontificis Vicarii Iesu chri-  
sti dñi nostri abhominabilis sit: & uniuersali Eccle-  
sie perniciofa. Nos qui Regimini eiusdem Vniuersa-  
lis Ecclesie (meritis licet imparibus) authore domino  
presidemus: Cupientes quātum cum deo possumus  
in premissis pro tante rei necessitate: ac periculi ma-  
gnitudine: ut tenemur: in posterum salubriter prou-  
idere: de Fratrum nostrorū Sancte Romane Ecclesie  
Cardinalium consilio: & unanimitate consensu: Hac  
nostra perpetuo ualitura Constitutione: Apostolica  
authoritate: & de potestatis nostre plenitudine sta-  
tuimus/ordinamus/decernimus/& diffinimus: q̄ si  
(quod deus pro sua clementia: & in omnes bonitate  
auertat) contigerit: postq̄ nos/uel successores nostros  
successiue: ipse deus ab hmōi uniuersalis Ecclesie re-  
gimine absoluerit/humani generis inimico procuran-  
te: & ambitione uel cupiditate ad hoc inclinante seu  
impellente: electionem Romani Pontificis ab eo que  
eligi contigerit: uel ab aliquo/seu aliquibus de Cetu  
Cardinalium quomodolibet uotum dantibus per Si

moniacam heresim in dando/promittendo/ uel reci-  
piendo pecunias/bona cuiusq; generis/castra / officia  
uel beneficia/ seu promissiones & obligationes com-  
missam/ per se uel alium seu alios quomodocunq; &  
qualitercunq;/ etiam in duarum partium/ uel omniū  
Cardinaliū unanimitate concordia quomodolibet / etiā  
per uiam assumptionis unanimiter/ nemine discre-  
pante/ etiam sine Scrutinio facte/ celebrari uel fieri /  
non solum hmōi electio uel assumptio eo ipso nulla  
existat / & nullam eidem sic electo uel assumpto ad-  
ministrandi in spiritualibus & temporalibus facul-  
tatem tribuat / sed etiam contra dictum sic electum  
uel assumptum de Simoniaca labe a quocunq; Car-  
dinali/ qui eidem electioni interfuerit opponi & exci-  
pi possit / sicut de uera & indubitata Heresi / ita q̄ a  
nullo pro Romano Pontifice habeatur. Quinimmo  
ipse sic electus a priori suo Cardinalatus/ & alio quo-  
cunq; honore/ Ecclesiis Cathedralibus/ etiam Metro-  
politanis & Patriarchalibus/ Monasteriis/ Dignitati-  
bus & aliis quibuscūq; beneficiis & pensionibus que  
tunc obtinebat in Titulum uel in commendam/ aut  
alīs quomodocūq; eo ipso absq; alia declaratione pri-  
uatus existat / & idem electus non Apostolicus / sed  
Apostaticus / & tanq̄ Simon magus/ & Heresiarcha  
& ad predicta omnia & singula perpetuo inhabilis  
habeat' & sit. ¶ Nec hmōi simoniaca electio per sub-  
sequentem ipsius inronizationem/ seu temporis cur-  
sum / aut etiam omnium Cardinalium adorationem

seu obedientiam ullo unquam tempore conualescat.  
¶ Liceatq; omnibus & singulis Cardinalibus/etiam illis / qui huic Simoniacae electioni seu assumptioni consenserint / etiam post intronizationem & adorationem seu obedientiam / ac etiam uniuerso Clero / Populo Romano / necnon subditis / & Sancti Angeli de Vrbe / ac quarūuis aliarum Romane Ecclesie Arciū Prefectis / Castellanis / Capitaneis / & aliis Officialibus / quocunq; homagio / seu iuramento / uel cautione prestitis non obstantibus / a talis electi / etiam intronizati obedientia & deuotione impune & quando cunq; discedere (ipsis fidei Romane Ecclesie / & obedientie futuri Romani Pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus) & eū ut Magum / Ethnicū / Publicanū & Heresiarcham euitare.  
¶ Ad cuius quoq; cōfusionē possint Cardinales / qui prefate electioni se opponere uoluerint / si presumpserit se Regimini uniuersalis Ecclesie pretextu talis electionis ingerere / auxilium brachii secularis cōtra eum implorare.  
¶ Nec tales ab eius obedientia discedentes / tanq̄ Tunice dñi Scissores / aliquarū propter dictum discessum penarum seu censurarum ulcioni subiaceant.  
¶ Cardinales uero: qui eū sic simoniace elegerint / a suis ordinibus / & etiam Cardinalatus titulis & honore / ac quibuscunq; Patriarchalibus / Archiepiscopalibus / Episcopalibus & aliis Prelaturis / ac dignitatibus & beneficiis / que in titulum uel commendam tunc obtinebant / uel in quibus seu ad que

ius tunc habebūt / absq; alia declaratione priuati existant / nisi ab illo penitus & cum effectu discesserint: & reliquis Cardinalibus / qui hmōi Simonie non consenserint / infra terminū Octo dierū postq̄ fuerint ab eis requisiti psonaliter si fieri poterit / alis per edictum publicū se absq; fictione uel fraude uniuerint & cōiūxerint. Et tūc si p̄fatis aliis Cardinalibus se uniuerint & cōiūxerint / in pristinū statū / & ad pristinos honores & dignitates / etiā Cardinalatus / ac ecclias & beneficia qbus p̄erūt / & que obtinebāt reintegrati rehabilitati ac restituti & repositi / ab hmōi Simonie labe & cēsuris ac penis ecclasticis quibuscūq; absoluti eo ipso existāt.  
¶ Mediatores uero / Prosonete / trapezite / tā Clerici q̄ laici / cuiuscūq; dignitatis q̄litas & ordinis fuerint / etiā Priarchali / Archiep̄ali / siue Ep̄ali / uel alia seculari mūdana siue ecclastica dignitate p̄diti / etiā quorūcūq; Regū & Principū Ores uel Nūcii / huius simoniace electionis p̄ticipes / sint oibus suis ecclesiis beneficiis p̄laturis & feudis ac aliis quibuscūq; honoribus & bonis eo ipso priuati / & ad similia inhabiles / ac etiā actiue & passiuē intestabiles / & eorū bona ipso facto ad instar reorum criminū lese maiestatis Fisco Aplice sedis applicentur deuoluāturq; / si predicti delinquentes Ecclastici fuerint / uel alis Romān. Ecclie subditi. Bona uero & feuda taliter delinquentium nō subditoꝝ seculariū / in partibus existentia Fisco secularis Principis / in cuius Territorio bona sita fuerint ipso facto similr applicent: Ita tñ / q̄ si infra tres men-

ses/ a die quo notū fuerit illos Simoniā cōmississe/ uel  
pripasse/ Principes dicta bona Fisco suo actuali nō  
applicauerint/ ex tūc illa Fisco Eccle Romanā appli-  
cata censeant' & sint eo ipso/ absq; aliqua simili decla-  
ratione. ¶ Promissiones quoq; & obligationes/ siue  
sponsiones ppter ea quocūq; etiā ante tps dicte  
electionis/ etiā extra personas Cardinaliū per quos-  
cūq; alios quomodocūq; facte/ cū quauis inexcogita-  
bili solēnitate & forma/ etiā iurate conditionales/ siue  
euētuales/ & in forma excōmissarū ex quacūq; causa  
etiā depositi/ mutui/ cambii/ confessionis de receptis/  
donationis/ arrendamēti/ uel uēditionis/ permutatio-  
nis/ uel alterius cuiuscūq; cōtractus/ etiā in ampliori  
forma Camere Aplice facte/ sint nulle & inualide/ &  
ad agendū inefficaces/ Nullusq; illarū uigore cogi uel  
constringi possit in Iudicio/ uel extra: Liceatq; oibus  
ab illis impune absq; aliquo metu/ siue periurii nota  
recedere. ¶ Et insup liceat Cardinalibus/ qui electio-  
ni predicte simoniace interfuerint/ & a prefato sic ele-  
cto discesserint/ adhibitis secum aliis Cardinalibus:  
etiā illis/ qui hmōi simoniace electioni cōsenserūt/ &  
postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia nō com-  
plices se uniuerint/ si se cū eisdem unire uoluerint:  
Alioquin sine eis ad alterius nihilominus Pontificis  
electionem/ nō expectata alia sententia declaratoria  
simoniace electionis hmōi/ eadem tñ presente nostra  
constitutione semp in suo robore permanente/ libere  
als tñ canonice deuenire/ & Conciliū etiam generale

indicare & conuocare in loco idoneo / prout eis uide-  
bitur expedire. Non obstant' constitutionibus & ordi-  
nationibus aplicis/ & precipue fe. re. Alexandri Pape  
III. que incipit/ Licet de euitanda discordia: & alioꝝ  
Romanorū Pontificum predecessorū nostrorū/ etiā in  
Cōciliis gñalibus editis/ ceterisq; cōtrariis qbuscūq;.  
¶ Inhibēn' postremo omnibus & singlis Sancte Ro-  
mane Eccle Cardinalibus: qui pro tempore erunt/ &  
eorū sacro Collegio/ ne Aplica sede uacante/ predictis  
cōtrauenire/ uel contra pmissa/ uel aliquo premissoꝝ  
statuere/ disponere/ ordinare/ uel aliquo modo facere  
seu attentare presumant/ quocūq; exq;esito colore/ uel  
causa/ sub excōis late snie pena: quā ipso facto incur-  
rant: & a qua/ non nisi per Ro. Pontificem canonice  
electum absolui possint/ nisi in mortis articulo. ¶ De-  
cernerū extunc irritū & inane/ si secus sup his/ uel ali-  
quo premissoꝝ a quoq; scienter uel ignorāter/ etiā per  
nos cōtigerit attentari. ¶ Ut aut pntis Cōstitutionis  
decreti/ statuti/ ordinatiōis/ ac inhibitionis nre hmōi  
tenor ad oium notitiā deducat': Volumus pntes lras  
nras in ualuis Basilice Principis aploꝝ/ necnō Cācel-  
larie/ ac in aciecampi Flore affigi: nec aliam earundē  
lras publicationis solēnitatē requiri aut expectari  
debere: sed hmōi affixionē pro solēni publicatione  
& perpetuo robore sufficere. ¶ Nulli ergo eino homi-  
num liceat hāc paginā nostrorū cōstitutionis/ ordina-  
tionis/ statuti/ decreti/ diffinitionis/ applicationis/ ap-  
propriationis/ & inhibitionis infringere/ uel ei ausu

temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pre-  
sumpserit/indignationē omnipotentis dei/ac beatorū  
Petri & Pauli ap̄torū eius se nouerit incurfurū. Datū  
Rome apud Sanctum Petrum: Anno incarnationis  
dñice Millesimoquingentesimoqnto; Decimonono  
Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno Tertio.  
¶ Que littere deinde pro ipsarū subsistentia firmiori  
& notorietate dum Bononie cum nostra Curia esse-  
mus / de mense Octobris: Pontificatus nostri Anno  
Septimo/in Consistorio nostro secreto/coram Vene-  
rabilibus fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie  
Cardinalibus/ & aliquibus Prelatis nostris domesti-  
cis lecte & publicate & approbate/ & demū in Quin-  
terno Cancellarie descripte & annotate/ & in audien-  
tia Contradictarū / ac aliis locis publicis dicte Ciuita-  
tis/ & postremo Rome in locis designatis solemniter  
publicate extiterunt/ & eorū exemplaria ad omnes fe-  
re christianos Principes transmissa. ¶ Nos attenden-  
tes quanti ponderis / quanti q̄ exitii Christi Vicario-  
rum in terris adulterine electiones essent / quantūq̄  
detrimenti Christiane religioni afferre possent / pre-  
sertim his difficillimis temporibus: quibus diuersi-  
mode uexatur Christiana Religio uniuersa: Volen-  
tes Sathane dolis & insidiis/ humaneq̄ presumptio-  
ni & ambitioni/ quantū nobis permittitur/ obuiare:  
ut littere predictae eo magis obseruentur/quo clarius  
constiterit eas matura & salubri deliberatione dicti  
Sacri Concilii approbatas & innouatas: qua statute

& ordinate fuerunt/licet ad sui subsistentiā & ualidi-  
tatem alia probatione non indigerent: Sed ad abun-  
dantiorem cautelam/ & ad tollendam omnem doli ac  
malitie causam male cogitantibus / & tam saluberri-  
me Constitutioni contrauenire satagentibus/ut eo te-  
naciū obseruentur/ & difficilius tollantur/ quo tan-  
torū Patrū fuerint approbatione munite / litteras pre-  
dictas cum omnibus & singulis Statutis / ordinatio-  
nibus/decretis/diffinitionibus/penis/inhibitionibus  
aliisq̄ omnibus & singulis clausulis in eis contentis:  
Sacro hoc Lateraneū. Concilio approbante/ Authori-  
tate & potestatis plenitudine prefatis approbamus/  
& innouamus: easq̄ inuiolabiliter & irrefragabiliter  
obseruari & custodiri mandamus / roburq̄ perpetue  
firmitatis obtinere: Ac Cardinales/Mediatores/Ora-  
tores/Nuntios/ & alios in dictis litteris contentos ad  
ipsarum litterarum / & omniū & singulorū in eis ex-  
pressorū obseruationem/ sub censuris & penis & aliis  
in eis contentis/iuxta earundem litterarum tenorem  
& formam teneri & obligatos fore decernimus & de-  
claramus. Non obstantibus Constitutionibus & or-  
dinationibus Apostolicis/ac omnibus illis/que in di-  
ctis lris uoluimus nō obstare: Ceterisq̄ cōtrariis qui-  
buscunq̄. ¶ Nulli ergo omnino hominū liceat hanc  
paginam nostre approbationis/ innouationis/ māda-  
ti/decreti & declarationis infringere/uel ei ausu teme-  
rario contraire. Si quis autem hoc attentare presump-  
serit/indignationē omnipotentis dei/ac beatorū Petri

Et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Da-  
tum Rome in Basilica Lateranen. in sacra Sessione.  
Anno domini Millesimoquingentesimoduodecimo  
Quartodecimo Kalen. Martii. Pontificatus nostri  
Anno Decimo.

Bal. Tuerdus.

Ia. Questenberg.